



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

66 Ad hæc episcoporum ac prælatorum nonnulli pro tempo re ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tantum iudicio conuenire possent, ac Canonicam huic indi-  
cere mulctam, reseruata tamen ciuili magistratui, qui periu-  
ros pœnali iudicio secundum ciuiles sanctiones plectere ius  
habent, commissa sibi ob id poena.

QVONAM MODO REFORMATI ONES  
suorum iudiciorum nec obseruent, neq; manu, hoc est, execu-  
tione debita tueantur.

65 Præterea, nedium rationi consona iura cōmunia, sed & ec-  
clesiarum aliquot cathedralium, propriæ reformati ones, no-  
toriæ, in q̄ plurimis casibus negliguntur, irritaq; fiunt, dum  
contrarius ex eisdem ducitur sensus. Exequuntur enim hæ  
contra hos tantum, quorum potestatem ipsi nō reuerentur.  
At si res potentiores, aut eos, quibus manu pares esse non  
possimus, contingat, tum ex iuris sui rigore remittunt quip-  
piam. Nam etsi maxime episcopi locorum ordinarij, aut eo-  
rum officiarij a vīm passis, aut his, quibus contra ius iniuriæ  
illatæ sunt, pro debita iustitiæ executione, ac talium grauami-  
num onerumue abrogatione interpellentur. Sæpenumero  
tamen euenit, vt quærela hæc, vel præpositum contingat,  
vel decanū, vel certe capitulum, ac ecclesiæ canonicos capi-  
tulares, hoc est eos, contra quos loci huius ordinarius episco-  
pus, vtcuncq; æquitati fauens, remorante eum hac via, in ele-  
ctione præstita, ac promissa fide, meritā trāsgressionis emen-  
dationem atq; mulctam præsumere, eisq; infligere nō audeat.

66 Ad hæc episcoporum ac prælatorum nonnulli pro tempo-  
re ecclesiasticorū iudiciorum Synodusq; ad suum libitū spe-  
ciales quasdam & prætentas ferunt reformati ones, ordina-  
ti ones, leges atq; statuta, quæ ipsa multifariam a iure cōmu-  
ni dissident, ac seorsim toto ciuili magistratui & iurisdictioni,  
eorumq; subditis derogant, atq; pernitiem adferunt. Neq; vi-  
lam præ se ferentia æquitatem, q; ad ecclesiasticorum priua-  
ta compendia, inc; laicorum necem sint excogitata, atq; effi-  
cta. Eamq; ob rem laicū ea acceptare, aut his parere minime  
tenentur.

tenentur. Nam neq; ipsi Ecclesiastici domesticas has suas cōstitutiones scđm rationabilem, syncerorē, ac germanū equis tatis intellectum, obseruant. Etenim tametsi reformationes huiuscemodi, vt plurimum, statuant coram officialibus, eo rūmē ecclesiasticis cōsistorijs, manifesta ac notoria tantum, minimeq; occulta delicta, debere agitari atq; ventilari, considerariq; in primis salus animarum, & honor Iesu Christo debitus, potius q̄ pecuniarum lucrum. Attamen eius rei oppositum, atq; ex professo contrarium, negocium ipsum, innumeræq; aliæ coniecturæ ac circumstantiæ plus liquido manifestū reddunt; id quod partim ex supra enumeratis, partim ex recensendis sequētibus articulis, vtcunq; succinctis, cuiq; aestimare facile est.

### Q VEMA D MODVM PL VS P ECVN I AE,

Q̄ pœnitentiae peccatoribus imponant.

Patrum canonibus sanctū est, spiritualibus ac manifestis peccatis, spiritualem pœnitentiam seu satisfactionem impo 67 nendam esse, vt sic non pecuniae lucrum, sed potius animarum salus quaeri iutelligatur. Id quod supra etiam memoratum est. At ecclesiastici iudices & officiales, perperā animaduersis canonibus, dictam spiritualem pœnitentiam in tātum exasperant, agrauant & augent, vt laici, priusq; eam satisfa ctionem acceptare velint, pecunia magis sibi ab ipsis immunitatem comparent: qua re laici multum præmuntur, ecclesiastici contra multum ditantur, vtputa qui in suum priuatū commodum & partis agunt munus, & iudicis, quod tamen omnibus iurib; dissonum est.

### Q VEM IN MODVM HONESTI VIRI ET MVLIE res ex falso rumore s̄a penumero grauentur.

Accidit etiam nonnunq; q̄ viri & mulieres coram officiis, seu ecclesiastico tribunali, vt delictorū ac scelerum fontes, sinistro rumore deferuntur, ac non prius per sententiam innocentēs declarantur, q̄ vbi se iureiurando purgauerint; qua 68

F